

usque ad præsens judicant: at vero hodiernus Antistes contendit convertendos esse in quotidianas distributiones redditus superextantes pro ratione tantum tertie partis singularum præbendarum, atque ita declarari petiit a S. Ordine, qui primum definitionem protelavit, ut probationes hinc inde coadjuvarentur, mox eam protulit Episcopi votis adversam. In Asculana, et Ceriniolen. 11 Julii et 22 Augusti 1840. ad 1. dub.

(28. Abessendi Rescripto quo donatus fuerat Joseph Maria Constantini Tufi Anagninae Cathedralis Canonicus, ut Vicarii Generalis

S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. S. Cong. declaravit P. Venantium a SSma Conceptione e D. Theresiæ familia jure optimo, qua Ordinis Procuratorem potuisse

DOS, DOTARE.

S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Subsidia Dotalia tribuenda veniunt puellis e testatore descendentes usque ad decimum gradum, juxta regulas intestatæ successionis: Firm. Subs. Dot. 10 Jan. 1778. § 10

(2. Nominatio facta ad subsidia dotalia per eum, qui substitutus fuit in causa renitentiae alterius substitui debet: Præn. Sub. Dot. 24 Jan. 1778. § 7.

(3. Contraria testatoris voluntate resistente, non admittuntur puellæ cum testatore conjunctæ ad consecutionem subsidiorum dotalium ultra quartum gradum juxta jus civile dimetiendum: Rom. Subs. Dot. 17 Junii 1778. § 3.

Contrarie resistens voluntas tunc dicitur, quando testator proneptem suam exclusit: *ibidem* § 10.

(4. Dos potius agnatis, et cognatis testatoris, dummodo pauperes sint, ex præsumpta ipsius voluntate, quam extraneis puellis est tribuenda. Terr. Sub. Dot. 15 Jan. 1780. § 4.

Imo ex æquitate affinibus, et consanguineis, quamvis longiori gradu a testatore conjunctis: *ibid.*

Nihil vetante easdem nuptas esse, si, sub spe, et recursu pendente, pro assequenda dote, sese in matrimonium copulaverint: *ibid.* § 5.

(5. Dotis solutio negari non potest sequitis nuptiis; Terr. Subs. Dot. 15 Jan. 1780. § 5.

(6. Dos debetur pauperibus puellis a testatore quomodocumque descendentes ex parte bonorum, quæ in Ecclesiam collata fuere ab eorum auctoribus. Sutr. Dot. 17 Jun. 1780. § 6.

Maxime si accedat voluntas fundatoris imminuendi opus pium, imminutis redditibus: *ibid.*

(7. Subsidia dotalia tribuenda veniunt puellis in quarto gradu cum testatore conjunctis, licet testator nullam assignaverit

munere Albano fungeretur, ita tamen ut omnes, et singulos sui Canonatus fructus, redditus et proventus, exceptis tamen distributionibus quæ fieri dicuntur inter præsentibus, percipere possit, perinde ac si choro personaliter interesset; comprehendit declaravit S. Congregatio nedum distributionem frumentariam, sed pecuniariam quoque, quæ penes illud Capitulum in more est: atque ideo ab A. 1829. quo hanc petierat restituendam fore ab aliis Capitularibus, qui illegitime perceperant per plures annos. In Anagnina Distributionum 22 Augusti 1840.

DOMINIUM.

emere vineolam quamdam sitam in Collibus Pariolis, eodemque jure posse modo ad Canonis Affrancationem procedere, in Romana Recognitionis in dominum die 21 Novembr. 1838. 1, 2 et 3 dub.

prælationem: Ter. Sub. Dot. 22 Decem. 1781. § 8.

Sed ex intuitu naturalis charitatis, atque præsumpta testatoris affectione erga ejus consanguineas, præsertim si summa egestate laborent: *ibid.*

(8. In Rota Romana non semel factum est dubium, an dotalia subsidia, quæ redeunt ad loca pia, ex quo puellæ sorte extractæ inruptæ decedant, vel contracto matrimonio sine filiis moriuntur, aliis sint conferenda. Cæs. Sub. Dot. 21 August. 1784. § 5.

Et firmatar regula, ut hujusmodi dotes sive post matrimonium, sive ante nuptias quomodocumque restituendæ sint, impendendæ in dotandis aliis puellis: *ibid.*

Ac ratio est ex verosimili mente testatoris, quod in dotium institutione nullam pecuniariam personam respexit, sed solum præ oculis habuit causam piam: *ibid.*

(9. Attinentes sanguini testatoris venire possunt ad petendum subsidium dotalium, aut ob consanguinitatem, aut ob paupertatem, et si utroque nomine petant, cæteris præferendæ sunt: Fan. Sub. Dot. 12 Mart. 1785. § 4.

(10. Impensas litis a collatoribus subsidiorum dotalium a pio Fundatore Jacobo Fornaciari ex oppido Carticeti ad explanandas puellarum admittendarum qualitates, et prælationem factas, sumptibus hæreditatis ejusdem testatoris faciendas, judicium S. C. fuit: Fanen. Subsid. Dot. 9 Aprilis 1785. dub. 5.

(11. Pro dotium cumulo paupertas, et simul conjunctio cum sanguine testatoris plurimi facit: Rom. 3 Mart. 1787. § 2.

Maxime si ad dotes vocatæ sunt puellæ incertæ, et nulli propterea fit injuria: *ibid.*

(12. Equum est ut puellæ tamquam consanguineæ testatoris, extraneis præferantur puellis, et suam dotem ex medietate etiam subsidiorum relictorum consequantur: Rom. Sub. Dot. 7 Jan. 1788. § 6.

Maxime si vocatæ ad subsidia dotalia sint puellæ incertæ, et nulli ideo fit injuria: *ibid.*

(13. Nullis extantibus puellis de familia vocata, extraneis, tamquam incertis nulla fit injuria, si consanguineæ testatoris quibus præsumpta favet illius voluntas præferantur: Rom. seu Sub. Dot. 26 April. 1788. § 4.

(14. Præstanda non sunt subsidia dotalia puellis consanguineis, quæ proprias ex eodem testamento dotes habent: Rom. Sub. Dot. 7 Jun. 1788. § 7.

(15. Per cumulum diu expectatum subsidiorum dotalium, inanis reddi quemadmodum non debet Pontificia gratia quin effectum habeat: Rom. Subs. Dot. 7 Jun. 1788. § 6.

(16. Dos jure actionis debita post secutam etiam professionem, vel matrimonium vindicari potest: Cæs. Subs. Dot. 29 Nov. 1788. § 13.

(17. Potest determinari in secunda donatione numerus, ac quantitas dotium, quæ ex prima ab incerto pendebat a majorum vel minorum fructuum eventu. Cæs. Sub. Dot. 29 Novembr. 1788. § 7.

(18. Nulla est ratio, cur alieni subsidii particeps fiat: Rom. 17 Jan. 1689. § 3.

(19. Suspendi possunt dotes si per eas certæ dimittantur puellæ, quibus pollicitum est subsidium, idemque suspenderetur beneficium incertis quibus ideo nulla fieret injuria. Rom. Susp. Dot. 4 Apr. 1789. § 5.

(20. Puellæ adlectæ, quæ paternam sequuntur originem excluduntur penitus a subsidiis dotalibus, quæ originariam Civitatem requirunt. Foros. Subs. Dot. 8 Aug. 1789. § 5.

(21. Ei tributa est potestas eligendi puellas cui datum est arbitrium distribuendi subsidia: Foros. Sub. Dot. 8. Aug. 1789. § 8.

(22. Potior est anterior nominatio ad subsidium dotalium: Foros. Sub. Dot. 8. Aug. 1789. § 7.

(23. Quandoque subsidia dotalia ad tempus assignantur pro alenda Consanguinea testatoris in Monasterio si testator hunc casum non prævidit. Rom. Subs. Dot. 19 Septem. 1789. § 3.

(24. In quolibet dubio de jure subsidii dotalis pronuntiandum est pro puellis in Domino nubentibus. Clar. Subs. Dot. 5 Jan. 1790. § 6.

(25. Caducata dos accrescit Legatario qui respectu rei legata quodammodo hæres est. Rom. seu Sp. Subs. Dot. 20 Mar. 1790. § 5.

Quando ad certam testator non respexit puellam in specie, sed ad opus pium donationis in genere, per locum pium addici non potest, sed iterum caducata dotes sunt conferendæ. *Ibid.* § 8.

(26. Quoad dotes caducas attendi observantia debet. Rom. seu Sp. 20 Mar. 1790. 6.

(27. Subsidium dotalium relictum est sub conditione, quatenus puellæ nubant, eaque ideo deficiente legatum extinguatur: Rom. seu Sp. Subs. Dot. 20 Mar. 1790. § 5.

Maxime si de relicto agatur extranei quod omnino requirit, ut nuptiæ sequantur. *Ibid.*

(28. Jus nominandi puellas ad certum subsidium dotalium primo actu consumitur. Rom. seu Sp. 20 Mar. 1790. § 6.

29. Subsidia dotalia censentur relicta pauperibus puellis, nisi eis obsint divitiæ paternæ. Nul. Fer. Pont. subs. Dot. 15 Jan. 1791. § 5.

Eisque tantum concedi etiam consuetum est cumulum. *Ibid.*

Et vocatis a testatore puellis debetur jus actionis: *ibid.* § 6.

Ubi unum testator in puellis dotandis expressit requisitum consanguinitatis, noluisse censetur alterum paupertatis. *Ibid.*

(30. Subsidium dotalium consequi debet puella quæ qualitatibus a testatore requisitis pollet. Rom. seu Null. Subl. leg. 26 Mar. 1791. § 4.

(31. Ad dotalia subsidia incertis puellis relicta ex naturalis charitatis ordine præferri debent consanguineæ, eisque pauperibus cumulus etiam conceditur. Assis. Subs. Dot. 16 April. 1791. § 2.

Præsertim consanguineis, quæ non possunt congruam, et maternæ similem dotem expectare a proprio genitore, inspecta patrimonii tenuitate. *Ibidem.*

Et illis pauperibus conceditur etiam illarum cumulus. *Ibid.* § 3.

Atque concedendus est ad honestatem dotandæ. *Ibid.*

Et si deberetur dos jure actionis, seu expressa testatoris voluntate, concedenda est in eadem quantitate dotis maternæ. *Ibid.*

Ac etiam conceditur ad meram quantitatem potius, ut subsidiaria fert dotatio. *Ibid.*

Et favor consanguineæ vincit incertas puellas, quibus nulla fit injuria. *Ibid.*

(32. Dotalis subsidii petitio non admittitur post contractum Matrimonium. Melv. Subs. Dot. 6. Aug. 1791. § 4.

Prodest tamen si facta fuerit ante contractas nuptias. *Ibid.*

(33. Dos congrua demetienda est ex viribus paterni patrimonii, solitoque familiæ, subsidiaria vero ad necessitatem. Luc. Subs. dot. 27 Aug. 1791. § 4.

(34. Consulendum est puellis vocatis pauperibus, quum aliarum concurrentium adsit incertitudo, quibus nulla fieret injuria. Im. dot. 18 Septemb. 1791. § 6.

Nec abest actio suis filialibus competens pro consecutione dotis super ascendentali fideicommissio pii testatoris. *Ibid.*

Quando ex eodem fideicommissio detrahendum nihil remanet, et summa a testatore designata consumpta est. *Ibid.*

Limitatur, si testator vocaverit puellas egenas, quia tunc requiritur paupertas absoluta. *Ibid.* § 7.

Vel si consanguineæ testatoris consequi possint dotem a fideicommissio avito, non obstante prohibitione alienandi præter summam designatam. *Ibid.*

(35. De jure subsidia dotalia pauperibus relicta censentur. Vel. Subs. dot. 23 Febr. 1793. § 11.

Eisque dumtaxat concedi solet illorum cumulus. *Ibid.*

Subsidiorum dotalium cumulus denegatur, accedente aliarum puellarum præjudicio. *Ibid.*

(36. Ad dotalia subsidia relicta consanguineis præfertur pauperior, licet remotior. Vel. Subs. dot. 23 Feb. 1793. § 4.

Conceditur secundum alios prælatio consanguineæ proximiori tanquam magis dilectæ, ob similia præsertim exempla. *Ibid.* § 12.

In prælatione consanguinearum testatoris non infertur præjudicium puellis, quæ jus incertum habent, cum non vocentur puellæ certi generis. *Ibid.* § 6.

(37. Dotes relicte per il *maritaggio di una zitella* non debentur nuptis. Sub. Dot. 7 Febr. 1794. § 8.

Impedita facultas petendi ante nuptias legatum, æquivalet petitioni, quæ jus nuptis servat ad dotem. *Ibid.*

(38. Dotis legatum accipi debet de manu hæredis. Spol. subs. Dot. 8 Febr. 1794. § 5.

(39. Dotes annuæ sex, totidem scutorum pro qualibet per hæredes Francisci Viarum non collatæ sunt usque ad numerum 83, et missæ non celebratæ in numero 3022, sed summa pro hac ommissa distributione, et celebratione soluta fuit in manibus Parochi S. Jacobi Maticati superioris. Hinc implorata absolutio ab utroque omisso onere per solutionem purgato concessa fuit. Novarien. 8 Febr. 1794. dub. 2.

(40. Dotale subsidium certo puellarum generi relictum non debetur puellæ diversi generis, nisi agatur de consanguineis testatoris. Rom. Dot. 31 Maii 1794. § 3 et 4.

(41. Fructus sortis subsidiorum dotialium sequuntur illius naturam, et subsidia dotalia pariter erogari debent. Rom. Subs. Dot. 31 Maii 1794. § 1.

(42. Pauperes consanguineæ testatoris præferri debent ad dotalia subsidia pauperibus puellis in genere relicta. Rom. Sub. Dot. 12 Julii 1794. § 4.

Inspectis potissimum aliarum consanguinearum exemplis. *Ibid.*

Nulla enim incertis puellis vocatis fit injuria. *Ibidem.*

Ubi nullæ sunt consanguineæ vocatæ, admittuntur ad dotalia subsidia ultra decimum gradum. *Ibid.* § 5.

Consanguinitas non probatur ex sola identitate cognominis. *Ibid.*

(43. Consanguineis æquiparentur amici. Mac. Red. miss. 12 Julii 1794. § 5.

(44. Consanguinearum vocatio ad certa subsidia earum vocacionem excludit ad alia subsidia dotalia. Rom. sub. Dot. 12 Julii 1794, § 6.

(45. Dos relicta puellæ non debetur nuptæ. Nul. Ter. Pon. subs. Dot. 16 Aug. 1794. § 5.

Si ejus vero petitio præcessit nuptias integrum servatur jus petentis. *Ibid.*

Cum sicuti Consanguineæ debeatur subsidium dotale jure actionis debetur etiam diviti. *Ibidem.*

(46. Ad administratorem, et executorem testamentarium pertinet subscriptio, et traditio schedæ dotalis. Nep. dos. Sup. Trad. Sch. 2. Jan. 1795. § 3.

(47. Factum collatoris subsidiorum dotialium impugnari nequit nomine incertarum

puellarum, quibus nulla fit injuria. Fir. Tran. 13 Jun. 1795. § 14.

(48. Concedi debet puellis consanguineis cumulus dotium, ad quam incertæ vocantur puellæ. Firm. Red. Oner. 18 Julii 1795. § 3.

(49. Puellæ consanguineæ testatoris, et pauperes merentur cumulum subsidiorum dotialium. Cam. Subs. dot. 22 Aug. 1795. § 4.

(50. Promissa debentur subsidia dotalia quatenus puellæ nubent. Cam. subs. dot. 22 Aug. 1795. § 3.

Maxime quia adlectionis privilegium in odium verteretur puellarum, quæ potiore habent originis qualitatem. *Ibid.*

(51. Locus non est dotationi puellarum nisi alia impleantur in antecessum a testatore præscripta. Arim. Subs. dot. et Fabr. Eccl. 26 Septembr. 1795. § 6.

Dotatio consanguineæ, demandata ratione sanguinis, non habet privilegium piæ causæ. *Ibid.*

Ubi testator ad subsidia dotalia vocavit puellas certæ familiæ, cum adjectione cognominis, excludere voluisse censetur cognatas. *Ibidem.* § 7.

Nisi vocaverit etiam puellas descendentes ex femina. *Ibidem.* § 8.

Earumque vocatio continetur in vocatione descendentium ex domo vel familia. *Ibidem.*

Inter ipsas vero vocatas præferri debent proximiores primo hæredi, atque ætate majores. *Ibidem.*

(52. A dotalibus subsidiis relictis pauperibus puellis in genere, exclusæ censentur consanguineæ; quarum familias aliter testator contemplant. Rom. Subs. dot. 20 Febr. 1796. § 3.

(53. Subsidium Dotialium cumulus concedi solet pauperibus testatoris consanguineis. Firm. Subs. dot. 8 Febr. 1794. § 5. Ferr. Subs. dot. 23 Junii 1795. § 4.

(54. Potissimæ concedendi dotium cumulum causæ sunt paupertas puellæ vocatæ, sanguisque conjunctio cum testatore. Ferr. subs. dot. 14 Jan. 1797. § 4.

Et major in hoc adhibenda est indulgentia erga puellas nubentes in Domino. *Ibid.*

(55. Dotale subsidium scutorum biscentum relictum a Petro Pontoni pauperi puellæ in Domino nubenti, denegatur Theresiæ Ricei, quæ illud præmaturo postulabat, nondum solutis aliis subsidiis octo præmaturo pariter collatis. Camerinen. Subsidii Dotalis die 18 Martii 1797.

(56. Dotalia subsidia duo in singulos annos relicta a Stephano Giorgini ad nominationem Sodalitii SS. Rosarii Montis novi, ob auctos bonorum hæreditariorum redditus, augentur ad quatuor per approbationem resolutionis in id editæ a Sodalitio; et permittitur illorum collatio per sortitionem diu servatam in Senogalien. Subsidiorum Dotialium die 6 Maii 1797. ad I et II Dub.

Ac solvendum esse decernitur in quarta dumtaxat redditum parte subsidium puellæ Franciscæ Regno, quæ pendente Sodalium recursu ad Sacram Congregationem pro approbatione eorum resolutionis, Pontificium obtinuit rescriptum pro collatione ejusdem

subsidii arbitrio collatorum. *Ibid.* ad III Dub.

(57. Dotalia subsidia duo scutorum duodecim cum dimidio pro quolibet favore pauperum puellarum in genere, aliaque duo scutorum viginti quinque pro consanguineis Sodalium SS. Crucifixi, qui in ea sunt Pergulensis civitatis parte, quæ jurisdictioni subest Abbatis Nonantulæ, recte per Abbatem de ipsorum Sodalium consensu statuta declarantur ex redundantibus redditibus sodalitii, recteque decreta illorum collatio per sortem, licet reservatæ primum fuissent dotes scutorum duodecim cum dimidio ad nominationem Sodalium, Nullius Nonantulæ Subsidiorum Dotialium 6 Maii 1797.

(58. Dotale subsidium Paulinæ Gafa, quod conferri debebat anno 1790, addicitur puellæ Mariæ de Bono, natu majori, in statu cælibi, ut senio confectæ assistere valeat matri, juxta sententiam Melitensis Episcopi, exclusa Maria Antonia Libreri jam nupta, licet cum habilitatione ad subsidium ipsum; Melevitana Subsidii dotalis 17 Junii 1797. ad I Dub.

(59. Dotalia subsidia Putignani, ad quæ per rescripta SS. effectæ fuerunt habiles Anna Diamilla, Benedicta Sibilio, Maria Gertrudes Contini, et Faustina Brea destitutæ qualitatis volitis a Testatore, eis denegantur, eis denegata ob subreptionem executione rescriptorum; Romana Subsidiorum Dotialium die 17 Junii et 19 Augusti 1797.

(60. Non obstante rigidissima consanguinearum contemplatione, atque extraneorum exclusione in distributione dotium ordinata ab Alphonso Putignani, habiles suis rescriptis quatuor puellas extraneas fecit Summus Pontifex in Domino nupturas. Sed rescripta impugnantibus nonnullis Sodalibus S. Mariæ Orationis, et Mortis Urbis habentibus jus nominandi; S. C. non esse locum executioni Rescriptorum decidit; licet Cardinalis Protector Oratricibus faveret; Romana Subsid. Dot. die 17 Junii 1797. confirmat. 19 Augusti ejusdem anni.

(61. Applicatio item fructuum subsidii dotalis, quod ob defectum puellæ vocatæ investiendum est ex testamento Victoriæ Gasparini favore Foresempronienensis Seminarium, denegatur Johanni Francisco Pellegrini ad alendam ejus filiam in Monasterio, Foresempronien. Applicationis die 9 Sept. 1797.

(62. Conceditur vero Sebastianæ Piccioni, jam ad religiosum habitum admissæ in claustrum Monialium SS. Salvatoris Ordinis S. Benedicti Camerini, licet illius Pater eam non habeat paupertatem, quam requirit Testator, Camerinen. Subsidii Dotalis die 16 Decembris 1797.

(63. Dotalia subsidia relicta ab Ansideo Travaglia in summa scutorum quinquaginta pro qualibet, ob auctum numerum pauperum puellarum oppidi Communantiæ reducuntur juxta votum Episcopi ad scuta viginti quinque, firmis tamen remanentibus dotibus per collatores assignatis, (64. aliisque in majori quantitate legatis favore neptum, et

descendentium feminarum Testatoris. Montis Alti. Subsidiorum dotialium die 16 Dec. 1797.

(65. Majorem merentur indulgentiam quoad subsidia dotalia consequenda nubentes in Domino, aliarum præsertim exemplo; Cam. sub. die 16 Dec. 1797. § II.

(66. Dotes ob jus ex collatione, certaque vocatione quæsitum, integræ servandæ videntur; Mon. Alt. Sub. Dot. die 16 Dec. 1797. § 5.

(67. Aliæ puellæ, quibus non est jus ad dotalia subsidia quæsitum et sunt incertæ, nullam accipiunt injuriam, per illorum immunitatem. *Ibid.*

(68. Applicationem subsidiorum dotialium in causam erigendi Monasterii denegavit Sacra Congregatio in Hieraren. Applicationis subsidii Dotalis, et Reductionis Missarum die 23 Junii 1803.

(69. Cumulum Dotium ex Legato Martini de Dominis distribuendarum puellis consanguineis fundatoris concessit Sacra Congregatio in summa scutorum centum Theresiæ Felici consanguineæ, consequendum post soluta subsidia jam promissa, jussitque ut suspenderetur in posterum nominatio, donec omnia subsidia jam collata persoluta fuerint. In Nullius Terræ Pontiani die 17 Maii 1806.

(70. Subsidium Dotale Tamburelli ita distribuendum esse decernit Sacra Congregatio, ut unum singulis triennis daretur puellis Terrigenis Oppidi S. Ginnesi, reliqua vero darentur puellis Agricolis, inter quas numerandas voluit puellas terrigenas agrorum cultui personaliter addictas; in Camerinen. Subsidiorum Dotialium die 16 Augusti 1806.

Subsidium dotale *scut. 10*: ad quod nominata fuerat ab hospitale B. M. Virginis Catharina Mariotti cum esset innupta, et inclinata ætate obtinuit a S. Congregatione, ut ei solveretur in statu cælibi; in Firmana die 6 Aug. 1808.

(71. Cessionem Subsidii dotalis ex fundatione Benigni, quam fecit Anna Bernardina Nepti suæ Lucie, reprobavit S. Congregatio; in Spoletana Subsidii Dotalis die 27 Maii 1809.

(72. Cum Paulina Gafa statuisset in ultimis Tabulis, ut unoquoque ineunte quinquennio duabus Puellis consanguineis, virginibus, inopibus, et majoris ætatis quæ solverentur dotes ex biennali reddito unaquæque constans assignati fundi; quinti vero anni redditus in melioramentum, vel augmentum capitis erogarentur; cumque multæ hujusmodi essent pauperes consanguineæ supplicarunt pro commutatione Voluntatis Testatricis, ut scilicet singulis bienniis duæ dotes solverentur, quod attento augmento capitis, et reddituum indulgendum censuit Sacra Congregatio, firma remanente erogatione quinti anni juxta normam fundationis, et salvis juribus Baronissæ Mulier pro integra dote, quam tamquam consanguineam haberi voluit Testatrix; in Melevitana die 14 Junii 1815.

(73. Cumulum Subsidiorum Dotialium in

summa Scutorum bis centum solvendum, ex annuis subsidiis dotalibus ex fundatione Salvatoris Scandelloni juxta votum Emi Episcopi assignandum censuit S. Congregatio Sororibus Euphemiae, et Elisabethae Scantelloni fundatoris Consanguineis. In Veliterna Subsidiarum Dotalium die 9 Septemb. 1815.

(74. Non esse locum Apositionis Oris definitum Sac. Congregatio super litteris Pontificiis obtentis a Birgitta Gabrielli, ut habilitaretur ad subsidium dotale conferendum ab Archiconfraternitate S. Catharinae Senensis in Urbe erecta, seu descendens a Bisava Senensi, licet extra Urbem moraretur, cum nihil illa verum reticuerit, aut falsum narraverit. In Romana Subsidiis Dotalis die 18 Septembris 1818. ad I Dubium.

(75. Non esse locum apositionis oris super litteris Pontificiis a Birgitta Gabrielli obtentis, ut ad subsidium dotale conferendum ab Archiconfraternitate S. Catharinae Senensis in Urbe erecta habilitaretur seu descendens a Bisava Senensi licet extra Urbem moraretur, cum nihil illa verum reticuerit, aut falsum narraverit, rursus definitum S. Congregatio, dum in decisis quoad primum dubium diei 18 Septembris elapsi anni standum esse judicavit. In Romana Subsidiis Dotalis die 26 Februarii 1820. ad I Dubium.

(76. Dum standum esse censuit Sac. Congregatio in decisis sub die 18 Septembris elapsi anni quoad secundum dubium iterum judicavit non constare de nullitate resolutionis Archiconfraternitatis S. Catharinae Senensis in Urbe erectae, qua collata fuit Dos Birgittae Gabrielli tum quia litterae Apostolicae habilitationis a Birgitta obtentae obreptitiae, et subreptitiae non erant, tum quia ejus germanus frater (qui tamen a ferendo suffragio se abstulit) non voluntarie, sed jussus a superioribus Confraternitatis interfuit resolutioni. In Romana Subsidiis Dotalis die 26 Februarii 1820. ad II Dubium.

Ac proinde juxta decretum Visitationis quo caeteris paribus nubentes in Domino praeferebantur nubentibus in saeculo post dilatam resolutionem elapso anno, nunc decrevit solvendam esse dotem moniali Birgittae Gabrielli, non autem Justinae Bennini jam desponsatae in saeculo quae nunc ex jure habilitata erat, nec qualificata ex fundatione, sed tantum a SSmo habilitata ad assequendam Dotis collationem etiam post initum matrimonium. *Ibidem* ad III. Dubium.

(77. Dotalia subsidia Michieli conferenda esse puellis dumtaxat intra Civitatem Ravennae ortis, non autem iis, quae legitimum in eadem Civitate domicilium acquisiverint, respondit Sac. Congregatio, quia dum testator puellas Ravennates ad dotes invitavit, exclusit exortas in ejus territorio vel suburbiis, in Ravennaten 18 Martii 1820. ad 2 dubium.

(78. Iisdem vero puellis nominatis ad dotes Michieli praefinitum Sac. Congregatio terminum duorum annorum ad contrahendum matrimonium, quo tamen elapso dos collata puellae, quae neque nupsit, neque paratam habeat occasionem nubendi, alteri confere-

tur cito nupturae; firmo tamen jure favore puellae, quae nominationem restituit illam iterum in prima collatione consequendi, quatenus nuptias conciliaverit. *Ibidem* ad 3. Dubium.

Dotibus vero collatis, et non solutis ab anno 1779, ad annum 1818, puellis, quarum vel initum matrimonium, vel existentia ignorabatur providendum ita esse duxit Sac. Congregatio, ut intimatis omnibus, quae intra illud tempus nominationem sunt consecutae iisque praefixo arbitrio Archiepiscopi Ravennatis termino ad docendum de inito, vel conciliato matrimonio, ac eo elapso denuo nominationes earum, nec non demortuarum conferrentur aliis puellis ad formam fundationis, et resolutionis in dubio praecedenti. *Ibidem* ad 4. dubium.

Iisdemque de causis duo subsidia dotalia scutorum quinquaginta conferenda esse a currenti anno duabus puellis Lauretanis, statuit eadem S. Congregatio. *ibid.* ad 4. dubium.

Tandem esse consulendum SSmo putavit pro absoluteione, et sanatione favore Administratorum, qui post cognitam instantiam Josephi Justiniani tria subsidia dotalia solverunt in summa scutorum 1200. in extinctionem trium dotium, quae collatae fuerant auctoritate S. M. Pii VI. *Ibid.* ad 9. dubium.

(79. Licet diminuti essent redditus ob reductionem LL. MM. attamen locum non esse dedit S. Congregatio abolitioni duorum subsidiarum dotalium petita ab Administratoribus Archihospitalis Sanctissimi Salvatoris ad Sancta Sanctorum. In Romana Reductionis die 20 Januarii 1821. ad 3. dubium.

(80. Sed concessit ad decennium suspensionem subsidii dotalis tantum conferendi ab eodem Archihospitali, non vero alterius, ad quod jus habent ex testamenti voluntate puellae Monasterii Sanctorum Quatuor Coronatorum Urbis *ibid.* ad 4. dubium.

Exorto dubio inter tres collatores subsidiarum dotalium Michieli, utrum puella jam nominata ad subsidium posset rursus a quovis ex collatoribus nominari, respondit S. Congregatio non posse, tum ob consuetudinem, tanquam voluerat testator Michieli, ut quolibet anno tres puellae nominarentur ad subsidium, nuptui traderentur, atque dos non excederet scuta quadraginta; in Ravennaten. 18 Martii 1821. ad 1. dubium.

(81. Ad hujusmodi autem subsidia nominandas esse dumtaxat puellas natas intra Civitatem Ravennae, non autem illas quae domicilium in eadem Civitate legitimo modo acquisierint, statuit eadem S. Congregatio, cum testator Michieli dotes conferre mandaverit puellis Ravennatibus tantum, non autem ortis in ejus territorio, vel suburbiis; *ibid.* ad 2. dubium.

Confirmavit Sacra Congregatio resolutionem diei 18 Martii praeteriti anni 1820, sub primo dubio, ut scilicet puellis jam nominatis ad subsidium dotale ab aliis ex collatoribus nominari nequirent, verum quoad Joannam Miani nuptam ante memoratam resolutionem consulendum esse ante Sanctissimo

a R. P. D. Secretario pro sanatione duplicis collationis. In Ravennaten. Subsidiis dotalis die 2 Junii 1821.

(82. Cum bona Comitum Odoardi praeter inscriptionem hypothecariam dotis uxoris pluribus hypothecis obnoxia essent ob aem alienum a Patre contractum, hinc antequam judicaret Sacra Congregatio, utrum Odoardo (instante uxore, ne sua doti praedictum inferretur) concedenda esset reductio legatorum Missarum ea bona gravantium, scribendum esse censuit Episcopo, ut adhibitis diligentis referret an familia Odoardi ex primogenituris Cauti et Malaspina, vel alio quocumque titulo alia et quae bona possideret sive Asculi, sive aliis in Districtibus, et cujus annui redditus. In Asculana Reductionis die 17 Junii 1821.

(83. Subsidium Dotale relictum a Salvatore Scandelloni, usque ad scuta 500, augere censuit Sac. Congregatio favore filiae Joannis Angeli Giorgi septimo consanguinitatis gradu juxta civilem computationem cum testatore conjunctae. Verum juxta modum, nempe ut suppressa annua collatione dotium favore novarum concurrentium, donec extinguatur debitum Dotium promissarum puellis jam nuptis, ex septem annuis subsidiis dotalibus quinque cedant in extinctionem praefati debiti favore nuptarum, et reliqua duo favore filiae Joannis Angeli Giorgi. Extincto vero nuptarum debito quatuor annua subsidia cedant favore dictae Giorgi, donec exegerit integra scuta 500, reliqua vero tria conferentur ad formam fundationis. In Veliterna Subsidiis Dotalis die 21 Julii 1821.

(84. Ob defectum justae causae, et ob aliarum puellarum praedictum non esse locum constitutioni Dotis subsidiariae favore Margaritae Filonardi licet pauperis, et fundatoris subsidiarum Dotalium consanguineae, decrevit Sacra Congregatio. In Verulana Subsidiarum Dotalium die 8 Maii 1822, ad 1 et 2 dubium.

(85. Aloysiam Brunelli esse imbussulandam dixit Sacra Congregatio, donec sorte extraheretur pro dotali subsidio scutorum 150 ab haereditate Dominici Alberti Patritii Narnien. proveniente, ad formam Rescripti SSmi diei 3 Maii 1820, et ad D. Secretarium cum SSmo. In Narnien. Subsidiis Dotalis die 12 Julii 1822.

(86. Quamvis Sacra Congregatio denegavit locum esse constitutioni dotis subsidiariae favore Margaritae Filonardi debita a Sodalitio S. Mariae Jacobi, tamen re iterum discussa, scissis Patrum suffragiis, prorogatum fuit judicium. In Verulana Subsidiis Dotalis die 3 Septembris 1822 ad 1 et 2 dubium.

(87. Non constare de nullitate resolutionis Confraternitatis S. Catharinae Senensis in Urbe erectae qua collata fuit dos Birgittae Gabrielli respondit Sacra Congregatio, tum quia litterae Apostolicae habilitationis ad consequendum subsidium Dotale obtentae a Birgitta obreptitiae et subreptitiae non erant, tum quia Parochus Gabrielli illius germanus frater (qui tamen a ferendo suffragio favore Sororis sese abstulit) non voluntarie, sed

jussus a Superioribus Confraternitatis interfuit resolutioni. In Romana Subsidiis Dotalis die 18 Sept. 1822. ad 2. dubium.

(88. Recedendum vero a decisis, et solvendam esse summam scut. 60 tantum infra biennium, et amplius, dummodo res non transeat in exemplum; dixit S. Congregatio. In eadem die 19 Novembris 1822. ad 1 et 2 dubium.

(89. Cum gravis exarserit contentio inter Praepositum Congregationis Oratorii Perusii, haeridem fiduciarium, et Executorem testamentarium Josephi Rossetti ex una parte; atque Scipionem Rossetti, nec non Rosam Zurli Brutti hujus haeridem ex altera, ad quaestiones omnes jam exortas, et facile orituram removendas, transactio inita fuit, pro cujus sanatione Sac. Congregatio consulendum esse SSmo dixit, praefixo Rosae Zurli Brutti termino duorum annorum ad conficiendum depositum dotium promissarum, et nondum solutarum, ut solvantur puellis post nuptias, vel post mortem innuptarum cedant in augmentum causae pie, cujus favore etiam Praepositus teneatur cedere tertiam partem scut. 137, 50; nec non dixit Episcopum curare debere executionem, et inscriptionem Operis pii, et in posterum quotannis exigere redditionem rationum a Praeposito. In Perusina Transactionis die 31 Januarii 1824.

(90. Antequam a decisis sub die 14 Junii 1817, ubi statuerat ob redditum augmentum commutandam esse voluntatem Paulinae Gafa quoad distributionem subsidiarum dotalium non quolibet quinquennio juxta testamentum, sed quolibet biennio, recederet Sacra Congregatio, et antequam definiret utrum nonnullae testatrici proximiores consanguineae jam nuptae jus haberent ad integrum quatuor annorum subsidium dotale, quarum aliqua ab Episcopo veniam impetraverant illud ita consequendi post nuptias initas, scribendum esse Episcopo voluit ut referret de actuali reditu honorum, qui nunc imminutus dicebatur, ac praeterea quot puellis, et qua auctoritate ipse veniam concesserit ad illud optandi post initum conjugium. In Milevitana Subsidiarum Dotalium die 27 Martii 1825.

(91. Cum summa scut. 660, promanans ex dotibus ante an. 1812 collatis, sed merito non solutis, distributa fuerit in Aedium sacerarum Instauracionem praeter modum legitime obtentum, Sac. Congr. absoluteionis veniam ad votum Em. Relatoris Card. de Antelminellis facile impertit; instauracionum siquidem et utilitas et necessitas maxime commendabatur. In Anagnina 21 Febr. 1835. ad 1. dubium.

Eandem ob causam et absolvit juxta votum Eminentissimi ejusdem Relatoris Capitulum a summa scutorum 105, quam numeraverant novi Canonici et Beneficiati, ut de more in sacras suppellectiles impenderetur; et absolvit Canonicos ne in praesens Capitulari Arcae restituant summam scutorum 170, manantem ex dotibus usque ad annum 1812 designatis quidem, nondum vero solutis: ea